debebit et tenebitur sey ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat. Illum terminum primum peremptorium et alios omnes consequenter causa eius tenendi terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Sue' essonum legatione intra vel extra Regnum Senatus militari ad munimentas ad Electorem vel alijs quibusuis dilatorialibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietatorem ulteriores proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes earumque prosecutiones faciendo. Ac praemissa omnia penes duplicatis vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis iuris praescriptione tum bello convocationes tum alijs quibuscunque iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec quouis modo evadendo. Aue cha praesenti personali recognitione ad praemisso omnia mediante.

Jasinski Ossolinskiemu Cedit et Statuet

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Generosus Adamus Jasinski sanus mente et corpore exempsus a Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneatus Premisliensis quo ad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis quibuscunque omnibus totaliter et plenarie subijciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et Generosae Barbarae de Germany Consortis suae legitimae nomine eiusque rati habitione cavet et se praesentibus inscribit de omni et integro iure suo summam de summa mille Centum florenorum polonicalium sibi recognoscenti et praefatae Consorti suae per Generosum Casimirum a Secco Krasicki Actis Castrensibus Premisliensibus modo Simplicis debiti sub danda Intromissione in casu non solutionis summae eiusdem in bona summae eiusdem Correspondentes ad solvendum inscripta. Nec non de inscriptione praefata modo praemisso recognita bonisque summa eadem oneratis cum omni praemissorum iure dominij et proprietate omnibusque et singulis inscriptionis praefatae Conditionibus, punctis clausulis articulis vinculis ligamentis

Summam quoque

Summae quoq et bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus obventioni
bus attinentiisq et pertinentiis in universum omnibus Nicol ex praemissis iuris
dominii proprietatis ac cuiusvis competentiis et praerogativis se recognoscens suisq
successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo verum prout praemissa
omnia ipsemet recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumq concernebant
ac eidem serviebant Iam ex nunc et de facto Magnifico Nicolao de
Tenczyn Ossolinski eiusq posteris Consequuta ab ipso pro praemissis plenaria
et sufficienti satisfactione cessit et condescendit prout ipse cedit et con
descendit omneq et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in per
sonam praefati Magnifici Nicolai Ossolinski cessionarii sui eiusq succes
sorum totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporavit prout prae
sentibus transfert transfundit et incorporat In quod quidem ius cessum sum
mam et bona praesen cessa et condescensa iam ex nunc et de facto supra
scriptus Generosus Adamus Iurnski praefato Magnifico Nicolao Ossolinski
cessionario suo eiusq posteris coram officio praesenti dat et admittit realem
intromissionem et actualem pacificamq possessionem per Ministerialem quem
cunq competentem et Nobiles duos quoscunq volueri officiose acceptan
Per ipsum Magnificum Nicolaum Ossolinski cessionarium suum et eius
successores praemissum ius summam et bona summa eadem onerata cum uni
versis utilitatibus et emolumentis competentiisq et praerogativis quaevis tenendi
habendi et possidendi illisq quiete et pacifice perfruendi ac ad usus suos
et suorum successorum quosvis bene placitos libere et effectualiter convertendi
praefati Inscriptis originalis ea omnia latius in se complectens praesentisq
cessi et transfusi vigore Debetq et tenebitur Memoratus recognoscens Gene
rosus Adamus Iurinski prout se ac suos successores in et super bonis
suis quibus omnibus summisq pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscri
bit et obligat praesens praenominato Magnifico Nicolao Ossolinski cessionario
suo eiusq posteris ipsi vel eius successores in dicto iure cesso summa

a

710

et bonis praemissis omnibus praesen. absessis et ratione eorundem omnium ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunq personarum cuiuscunq condicionis status et sexus existen. ex re persona et occasione sui recognoscen. suorumq successorum tantummodo et non aliu exoriunda in omni iudicio et officio Regni toties quoties opus fuerit tueri defendere eius esse intercedere et eliberare indemnemq eum posteris reddere. Nec non hoc idem ius cessum summam et bona praemissaq omnia praesen. condescensa ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus prioribus posterioribus in hoc idem ius praemissaq omnia praesen. condescensa cuiuscunq personarum factis et facien. tum etiam a quibusvis actionibus in praemissa omnia condescensa ex persona sua itidem importatis et importandis lucris denique et perlucris processibusq iuris quibuscunque in quocunque puncto et gradu iuris dependen. in quovis iudicio et officio Regni obten. et obtinen. ac super praemissis omnibus praesentibus condescensis itidem ex persona sui recognoscen. et suorum successorum perductis et perducendis emundare et eliberare mundaq et libera semper facere. Ac etiam intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum praesen. condescensorum praefataq summa oneratorum dum per Ministerialem et Nobiles officiose requiretur non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere et effectualiter dare et admittere dataq et admissa eadem possessionem et usumfructum praemissorum omnium quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire nec aliunde ipsumq cessionarium suum et eius posteros in dictis bonis tam in toto quam in parte nonnullam ita ut hoc idem ius cessum summam et bona summa eadem onerata praemissaq omnia praesen. absessa suis cum posteris quiete et pacifice praesentis inscriptionis cessionarius id idem cessionarius tenere habere et possidere queat. Idq sub vadio summae mille centum floren. polon. per praedictum recognoscentem honorosum Adamum Jasinski

Sure eius posteris

sive eius posteris suprascripto Magnifico Nicolao de Tęczyn Ossolinski
cessionario suo sive eius Successoribus ob non completionem praemissorum omni-
um et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad sol-
vendum succumbendo. Nihilominus idem recognoscens Generosus Adamus Ja-
sinski se ac suos Successores in et super bonis suis ac omnibus ac summis
pecuniariis quibuscunque habitis et habendis praenominato Magnifico Nicolao de Tę-
czyn Ossolinski cessionario suo sive eius posteris inscribit et obligat praedictam
praenominatam Generosam Barbaram de Termay Consortem suam cum assistentia
sui recognoscentis vel in eventu mortis Successores illius ad approbandam per ipsos
inscriptionem praesentem Cessionariam vel similem suo pro interesse faciendam
ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis habentia intra decur-
sum duarum septimanarum adducere et per se statuere ab eisque praemissa
exequatur effectui Idque sub vadio simili summae mille centum florenorum polon.
per praefatum Recognoscentem Generosum Adamum Jasinski sive eius Suc-
cessores suprascripto Magnifico Nicolao de Tęczyn Ossolinski cessionario
suo sive eius posteris ob non statuitionem suprascriptae Consortis suae
pro tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbendo. In qui-
bus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succubitis ac re
aliqua principali ex praemissis non completa complenda Citatus existens
memoratus recognoscens Generosus Adamus Jasinski sive eius Successores
Ad instantiam supradicti Magnifici Nicolai de Tęczyn Ossolinski sive
illius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense Extunc
recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper
In primo Citationis termino tanquam peremptorio stare comparere respondere va-
dio praefato huic inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debe-
bit et tenebitur seque ac Successores ad eadem omnia obligat Illum terminum
primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes quosque eiusdem ter-
minos semper peremptorios verum infirmitate actorum maioris minorennitate

Successorum legatione intra vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad Cur[...] ctorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo Nullasque motiones appellationes earumque prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione Terrestri bello Commentorique tum et aliis quibusvis iuris remediis et facti defensis non subterfugiendo nec quovis modo evadendo Huic sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Zawadzki Ossolinskie Quietat. et Statuet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Generosus Joannes Zawadzki sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneatus Premisliensi Iurisdictioni se cum Successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse eius et Generosae Zuzannae Lutomierska Consortis suae nomine pro cuius rati habitione cavet et se praesentibus inscribit nomine Magnificum Nicolaum de Tęczyn Ossolinski eiusque posteros de Summa Decem millium florenorum polonicorum per ipsos sibi recognoscenti atque praefatae Generosae Consorti suae Actis quibusvis autenticis Regni modo simplicis debiti seu alio quovis ad solvendum inscriptam cum vero persolutam Nec non de ipsa inscriptione de praemissis latiore quietat emittit et liberum facit perpetuo Inscriptionemque eandem debitoriam in toto et totam cassat mortificat et annihilat Recognoscens sibi Summam suprascriptam realiter praestitam esse persolutamque. Nihilominus idem recognoscens Generosus Ioannes Zawadzki se suosque Successores vi et super bonis suis quibusvis omnibus ac Summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis praenominato Magnifico Nicolao Ossolinski suisque eius posteris inscribit et obligat praesentem praenominatam Generosam Zuzannam Lutomierska consortem